M0006225: God enthroned above the spheres

Publication/Creation

21 April 1939

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/bgwy38b9

License and attribution

Wellcome Library; GB.
Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Spera secundum fratrem J· de Pecham Archiepm·

Sciendum est quod mundi machi na prima diuisione in elementa
rem regionem partitur· et etherealem· Elementa
ris autem continet ·4· corpora simplicia que
elementa dicuntur· ·s· terram· aquam
et aerem· et ignem· Etherealem re
gionem dico· quicquid est
supra regio nem ignis·
quod a plu·v· essencia ap
pellatur· pro eo quod
corpus illud



non est graue
neque le ue· unum
corpus neutrum
dicitur· neque graue
neque leue· sicut patet
per motum suum· quod non mo
uetur motu recto· ut gra
uia et leuia· set motu circulari
ex quo concluditur quod non sit eiusdem gene
ris primum cum corporibus elementaribus· Hec autem
etherealis regio secundum diuer sorum sapientum consideracionem
diuersimode distingui tur· Natura libus enim ·8· orbes astruentibus· qui
ea que sensui sunt exposita· non excedunt· Celum stellatum primum mobile nuncupantes· cum tamen aliquod
corpus insinuet· Aristoteles in libro de celo et mundo esse supra illud dicens extra et supra illud esse locum spirituum et di
Mathematicis uariis argumentis conuincentibus esse nouem orbes ad minus· propter hoc quod certis experimen
tis perpendunt· celum sidereum uarie moueri· non tamen super polos mundi motu diurno ab oriente in occidens·
sed etiam secundum ptolomeum motu tardo et contrario· Cum igitur impossibile sit idem corpus
motibus oppositis moueri per se· quamuis uno per se et altero per accidens contingat· sicut cum nauta in naui
uadit contra motum nauis· coacti sunt ponere aliquod corpus supra celum sidereum· quod per se ab occidente in orien
tem moueatur· Cuius motu sidereum in partem eandem rapiatur· quod cristallinum uel aplanes· sed a theo
logis aqueum appellatur· Theologis uero spiritu illustratis· cuius spiritus ornauit celos decem ad mi
nus astruentibus preter celum empireum· in quo est tronus salomonis· quod celum intra sanctos est firmum et
immotum· Hec enim magis conuenit felicitati curie celestis· in qua est pacis et quietis consum
macio· Quidam enim in omnibus hiis litteris poni possunt· unum inter medium inter cristallinum et em
pireum collocatum· motum motu simplicissimo ut in spera declaratur· ut secundum illos sint ·xi· or
bes celestes· et ·iiij· elementares· Ita quod a centro mundi· ad ueri Regis salomonis tronum
·xv· gradibus ascendatur· et hec de numero dicta sufficiant.